

CARTAS DE ERASMO A JUAN DE VALDÉS

Desiderius Erasmus
Ángel Alcalá Galve (ed. lit.)

I
ERASMO A JUAN DE VALDÉS

[BASILEA, 1 DE MARZO DE 1528]

Erasmus Rot. Joanni Valdesio. S.

Ornatissime juvenis, tantum officiorum in me contulit et confert germanus tuus Alfonso Valdesius, ut amare debeam quicquid quomunque modo ad illum pertinet. Tu vero, ut audio, sic illum refers et corporis specie et ingenii dexteritate, ut non duo gemelli, sed idem prorsus homo videri possitis. Itaque æquissimum arbitror, ut ambos pari prosecuar amore. Audio te deditum liberalibus disciplinis, ut istam indolem virtuti natam omni genere ornamentorum expolias, ad quod sane quid attinet hortari te, quum tua sponte curras in hoc pulcherrimo studio? Gratulari magis convenit et applaudere. Illud habeto pro certo, me nullius magis esse quam germani tui, nec minus esse tuum quam illius. Bene vale.

Basileæ I Martii. Anno MDXXVIII.

TRADUCCIÓN

Erasmus de Rotterdam a Juan de Valdés, salud.

Muy aventajado joven:

Tanto y tan grande es el caudal de servicios que me ha prestado y continúa dispensando tu hermano Alonso de Valdés, que debo amar todo lo que de algún modo le pertenece. Tú, pues, de tal modo le representas, según dicen, así en la fisonomía corporal, como en la destreza de ingenio, que podéis parecer, no dos gemelos, sino enteramente un mismo hombre. Por eso creo justísimo profesaros a entrambos un mismo amor.

Tengo entendido que te dedicas al estudio de las ciencias liberales, con el fin de enriquecer esa índole, tan a propósito

para la virtud, con todo género de ornamentos: y en verdad ¿qué puedo yo en ello aconsejarte o animarte, cuando tú mismo corres espontáneamente por este hermosísimo camino? Felicitarle, aplaudirle es lo que más conviene. Esto has de tener por cierto: que yo a nadie estimo más que a tu hermano, y que a ti no te tengo por menos que a él. Pásalo bien.

Basilea 1.º de marzo, año 1528.

[BASILEA, 21 DE MARZO DE 1529]

Erasmus Rot. Joanni Valdesio. S. D.

Ut mihi permolestum fuit Valdesium meum tot molestiis ac periculis agitatum esse, ita magnam voluptatem attulit, quod ex tuis literis cognovi, te incolumem ex isto naufragio enatasse. Jam non medio-criter me discruciat vestram Hispaniam tot affligi malis. Utinam aliquando Deus monarcharum animos ad pacis amorem convertat.

Ne posthac sollicitus sis quomodo mihi excuses, charissime juvenis, tuum silentium, illud inter nos pactum esto, quotiescunque scripsero fratri tuo, tibi quoque secriptum esse: dein, quoties ille mihi responderit, à te quoque responsum esse, quandoquidem ego vos tam gemellos pro unico habeo non pro duobus. Quod epistolium, sic neglecte scriptum, inter tua præcipua χειμηλια reponis, ego vicissim istum tam candidum et amicum animum pluris facio, mi Joannes, quam ut inter gemmas meas velim reponere, sed in pectoris mei scriniolo reconditum usque servabo. Equidem non possum non gaudere tam multos existere istic, qui nobis ex animo bene velint. Sed rursus molestum est, regionem istam alioqui felicissimam tot habere σφηγια crabronibus improbissimis differta, qui non mihi solum sed amicis etiam omnibus, tam odiose facessant negotium, ut prope magis mihi doleat vestrum incommodum quam meum.

Tibi tuique similibus omnibus ex animo gratulor, qui studia conatusque vestros omnes in hoc confertis, ut cum elegantia literatum pietatis Christianæ sinceritatem copuletis, quod apud Italos antehac à non ita multis tentatum videmus. Quid enim est eruditio si absit pietas? Bene vale.

Datum Basileæ, duodecimo Calend. April. Anno M D. XXIX.

TRADUCCIÓN

Erasmus de Rotterdam a Juan de Valdés. Salud.

Así como me fue muy sensible ver a mi amigo Valdés acosado de tantas molestias y peligros, así también sentí un gran placer, cuando supe por tu carta que habías salido incólumne de este naufragio. Ahora me atormenta no poco el ver a vuestra España afligida por tantos males. ¡Ojalá que algún día convierta Dios los corazones de los Monarcas al amor de la paz!

Para que en lo sucesivo no busques pretextos de excusar tu silencio, eh joven amantísimo, quiero que quede pactado entre nosotros que, cuando yo escriba a tu hermano, tengas por tuya la carta; y que cuando él me conteste, tendré también por tuya la respuesta: toda vez que yo, siendo, como sois, tan parecidos, os considero como una sola persona, no como dos. Por lo mismo que aprecias en tanto estas mis cartas, escritas con tanto descuido, que no dudas colocarlas entre las principales joyas, también yo, mi querido Juan, estimo ese corazón, tan sencillo y tan amigo, hasta el punto de parecerme poco tenerle entre mis joyas, antes más bien le conservaré guardado en el archivo de mi pecho. En verdad, que no puedo menos de congratularme de que haya tantos por ahí que nos quieran tan de corazón; pero es pena y no pequeña que esa región, tan afortunada, en otras cosas, tenga tanto cúmulo de tábanos que no sólo a mí, sino a todos mis amigos nos persigan con tanto odio y encarnizamiento, que casi siento más vuestro daño que el mío.

A ti y a todos tus semejantes os felicito en el alma, porque ponéis todos vuestros cuidados y afanes en unir la sinceridad de la piedad cristiana con la elegancia de las letras, cosa que, entre los italianos, son muy pocos hasta ahora los que lo han intentado. Porque ¿de qué sirve la erudición, si falta la piedad? Pásalo bien.

De Basilea a 21 de marzo. Año de 1529.

[FRIBURGO, 13 DE ENERO DE 1530]

Erasmus Roterodamus Valdesio. S.

Nihil non debeo fratri tuo, Valdesi charissime, qui in me amando, tuendo, demerendo nullum servat modum. Is quoniam abest, equum est ut isthic mihi in germani vicem succedas, quem hic uti spero vere proximo viderimus. Facile condono quod non respondeas meis literis, modo amore mutuo respondeas, quod te facere non dubito, nisi me fallunt omnia. Ne onerabo te pluribus, cætera cognosces ex Francisco Dilfo, qui semel adamatam Hispaniam non potest relinquere. Bene vale. Datum apud Friburgum Brisgoliae 13 Jan. Anno MDXXX.

TRADUCCIÓN

Erasmus de Rotterdam a Valdés. Salud.

Todo se lo debo a tu hermano, carísimo Valdés, que en amarme, protegerme y ganarme voluntades no guarda medida alguna. Y puesto que éste se halla ausente, es muy justo que tú ocupes ahí para conmigo el lugar de tu hermano, a quien espero ver aquí en la primavera próxima. Con facilidad te perdono el que no contestes a mis cartas, con tal que correspondas al amor que te profeso, lo que no dudo de ti, a no mentir todas las señales.

No quiero molestarte más; pues todo lo sabrás por Francisco Dilfo, el cual, una vez aficionado a España, no puede dejarla. Pásalo bien.

Dada en Friburgo de Brisgaw el 13 de enero del año 1530.